

gustauit mortem. sed impassibilis dī virtus; & sic  
 ut corpus. nullum tamen de corpore dō damnū;  
 Cur diuinitati attribuis erumnas corporis. & in  
 firmū doloris humani. diuine conectis nature.  
 Nunc anima inquit mea turbata ē; Anima  
 turbata ē. non sapientia; Immutabilis enī ma  
 nebat sapientia. & sic circū dardur amictu car  
 nis; Nam in illa serui forma. erat veri luminis  
 plenitudo; Et cū se exinanuit. lumen erat; De  
 niq. dicebat. Ambulate. dū lucem habetis; Et quando  
 in morte fuit. in umbra non erat. Deniq. & iam  
 in inferno positus. vite lumen radiabat æternę;  
 Et illa illic lux erat sapientia. Et inluminabat in  
 fernū. sed in inferno non claudebatur; Quis enī locus  
 ē sapientię. Deniq. dicit iustus. Sapientia autē vnde  
 inuenta ē. Quis autē locus ē discipline. Nescit ho  
 mo viam eius. nec inuenta ē inter homines; Ergo  
 nec in tempore. nec in loco sapientia ē; Vnde tempus  
significat. sed quomodo in tempore. que in principio  
 erat. Quomodo in loco. que apud dōm erat. Unige  
 nitus filius si queritur. in sinu patris euangelico